UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Roberti Tvrneri Viri Doctissimi Professoris In Academia Ingolstadiensi Orationvm. Volvmen ...

Turner, Robert

Coloniae Agrippinae, 1625

15. Gratiarum actio post disput. Theologicam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69519

Visual Library

doctrinæ, quæ nulla eſt, colligam opinionem, ſed meorum maiorum obſecutus imperio periculum ciam mearum virium, quæ plurimum acquirent rob ris ac firmitatis ad hæreticorum reſecanda ſpineta, ſenientem diſsipandam, ſi hodie vos fuerint exper non tenuitatis ſuæ ſeueros iudices, ſed conatus hon beneuolos ſuffragatores.

EIVSDEM GRATIARVM ACTIO POST EANDEM Diſputationem.

ORATIO XV.

QVod naucleris, confecta proſpere longinq nauigatione, vſu ſæpe venit, vt in ipſo portu illiſi ſcopulis, vel in vado hærentes naufragi faciant: id mihi ne hodie accidat, omni mentis pro ſione cauendum eſt: nam etſi lenis veſtræ beneuol tiæ aura me hodie in hunc meorum ſtudiorum fin tanquam portum fœliciter inuexerit, tamen in portu timeo ſcopulos: at quos? en vobis, Auditore multis vnum, eumq́; periculoſiſsimum. Cum ea fortuna, vt tribus ſigillatim vnum me debeam tot Patribus Societatis Ieſu, Gregorio Pontifici Maxi ac Deo Omnipotenti, niſi vni ſic me totum tribu hodie, vt reliquos duos me toto non priuem, ſubeu mihi profecto eſt, tanquam quoddam naufragium, grati animi fœdiſsima nota: quid igitur faciam? p ro fortaſſe vnam mei partem diſpeſcere Patribus, G gorio alteram: at quî hoc, cum Dei ſim totus? at ſi dat Deus ſuo iure, ita vnam partem Gregorius, ita teram excoluerunt Patres, vt ſinguli vtriuſque cu maximam habuerint; vt profecto corpus non poſ ſeponere Gregorio ſine Patrum magna, nec Patri animum ſine Gregorij maxima iniuria: qui vndiq ſcop

Chriſtianus tribus omnia ſua aſcribat.

ſcopuli? trium ſum vnus, ac ſingulorum totus: vni ſi me tradam totum tanquam ſuum ius, duos me toto priuo tanquam ſuo iure, at ſi nulli traditum, ipſe me mihi ſeruo totum, eo ſane erit luculentior iniuria, quo eſt grauius tribus, quam duobus irrogaſſe iniuriam. Deus bone, charybdis hinc, ſcylla inde; media fluctuat nauis: ſed inueni exitum. Cum illud, quicquid aut Gregorius Pontifex Maximus contulerit in me ſuſtentando beneficentiæ, aut Patres religioſiſſimi in me excolendo poſuerint operæ, referatur ad Dei in Eccleſia propagandam gloriam, & ille, & ij pro ſua charitate cumulate ſibi putabunt ſatisfactum, ſi Dei per me gloria in Eccleſiæ reſiciendis ruinis quoquo modo eniteſcat, vt quibus ſum totus ſingulis, illi me totum ære liberatum Deo largiantur ſoli. Nihil profecto videor poſſe referre, cum tribus vnum tanta me videatis deuinctum religione, vt quarto quod dem, nihil ſit omnino reliqui: at cum nullum poſſit ex hac mea tenuitate ad vos manare officium, Collegium Germanicum meo nomine agit, agetq; quamdiu ſtat, pro hac veſtra tanta patientia gratias maximas & immortales.

ROBERTI TVRNERI ORATIO XVI. SIVE PRÆLVDIVM, quod ante diſputationes Iuris ineundas Duaci à reſpondente, vt ſolet, habebatur: ſcripſi, rogatus ab amico.

OMnibus (clariſsimi Doctores, ornatiſsimi iuuenes) anticipatum, informatumq; eſt, famæ exiſtimationiſq; inprimis habendam eſſe rationẽ, quam cogitationem dum quidam acrius perſequũtur, fit vt in rumorum & concionum ventis colligendis acerrimam corporis contentionem, mentiſq; commen- *Famæ inprimis ratio habenda eſt.*

 tatio-